



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologia|| Ivridica,|| Sev Ivs Civile Theologicvm,||

Fickler, Johann Baptist

Dilingæ, 1575

VD16 F 976

De Matrimonio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63414)

MATRIMONIUM

QVIV SIT.

IUSTINIAN. IMP. IN LIB. I. INSTIT.
tit. De patr. potest. in prin.

Matrimonium est viri et mulieris coniunctio individuum vitam consuetudinem continent. Inst. de patr. potest. in prin. Hoc autem non con-
 tinetur, sed consensus facit. l. nuptias. ff. de reg. iur. Coniuges autem individuum vitam consuetudinem re-
 tinent, quoad affectionem: actu enim plerumque fit se-
 paratio tam iure veteri, quam nouo permittente. l. consensus. in prin. C. de repud. et § si ergo. Auth. de
 iur. coll. 4. et in Auth. ut lic. matr. et au. § quia
 vero. coll. 8. Talis autem affectio habetur etiam quan-
 doque ad concubinam: ideo adijciendum definitioni
 Matrimonij, quod habeat diuini et humani iuris
 communicationem quemadmodum id definit Mode-
 stinus in l. 1. ff. de rit. nupt. Nuptiae, inquit, sunt con-
 iunctio maris et feminae, et consortium omnis vitae,
 diuini et humani iuris communicatio. Quia eiusdem
 religionis debent esse, ut coniugum alter non sit Chri-
 stianus, alter vero Iudaeus. l. ne quis. C. de Iudae. et
 calicol. Humano autem iure communicant, quia fo-
 rum viri sequitur vxor. l. si. § 2. ff. ad municip. Id
 quod in concubina, vel minus legitima vxore non est.
 l. de iure. § si. ff. eod. tit. Est quoque, Matrimonium tam
 animorum, quam corporum coniunctio, iux. d. l. nu-
 ptias. ff. de reg. iur. eaq. coniunctio animorum signifi-
 cat unionem, quae consistit inter Deum et iustam
 animam: Unde Apostolus: Qui adhaeret Deo. vnus
 spiritus

Matrimonium
quid.

Nuptiarum
definitio.

*Spiritus est cum eo: coniunctio autem corporum dicitur
gnat conformitatem, quæ consistit in carne inter Christum
et sanctam Ecclesiam, id est, humanum genus
vnde Euangelista; verbum caro factum est: et
habitavit in nobis. glo. sup. ver. coniunctio. In l. de
potest. in prin.*

IVSTINIAN. IMP. IN L.
fi. C. de repudi.

Matrimonium
fit et affectu,
non dote.

NON dotibus sed affectu Matrimonia
trahuntur.

IDEM IN L. ASSIDVIS. C. QUI
post. in pign. hab.

Vxor mariti
propria est.
Vxor quid.

MARITUS & corpore & substantia & in
vita vxoris fungitur. Vxor est societas
manu rei, atq; diuina domus. Gordian. In l. de
l. aduersus. C. de crim. expilat. heredit. & in
in l. quamuis. C. de furt. & ideo quod unus
vnus, habet & alter. glo. in l. ceterum. ff. de
& habit.

**PLURES SIMUL
VXORES HABERE CHRISTIANIS
NO NON LICET.**

IVSTINIAN. IMP. IN AVTH. DE TEST.
& Semiss. §. consideremus. Verf. sicut enim quis
I

Bigamum eodem
tempore
non licet esse.

LEGITIMA vxori cõiunctus, alias super
licere non poterit matrimonio cõiunctus.

IDEM IMP. LIB. 1. INSTIT.
De nupt. §. ad finitatis.

Vxores duæ
simul prohibentur.

DVAS vxores eodem tempore habere non
cet. Et iterum. Duas vxores habere non potest.

Neminem, qui sub ditione sit Romani no-
minis, binas vxores habere posse, vulgò patet.
Diocletian. & Maximian. Impp. in l. nemine.
C. de incest. & inutil. nupt.

Digamia etiã
sub ethnicis
Imperatorib⁹
phibita fuit.

Eam qui duas simul habuit vxores, sine du-
batione comitatur infamia. In ea namque re
non iuris effectus, quo ciues nostri matrimo-
nia contrahere plura prohibentur, sed animi
destinatio cogitatur. Valerianus & Galienus
A. A. in l. eum qui. C. ad leg. Iul. de adult. & in
l. ea quæ tibi. C. de donat. ant. nupt. & Iuris-
consultus ait.

Concord. c.
nuper à no-
bis. cum glo.
sup. ver. affe-
tu. extra. de
digam.

Infamia notatur, qui bina sponsalia, bina suæ
nuptias in eodem tempore constitutas habue-
rit. Iulian. in l. i. ff. de his qui not. infam.

CONIUGIUM DE-
CET CONCORDIA ET
HONESTAS.

IUSTINIAN. IMP. IN L. FL.
§. fi. C. de furt.

Inuit omnem occasionem fugiendam esse,
quæ discordiam inter coniuges, nedum ma-
chinationem excitare queat. Et Valerian. atq;
Galienus Impp. dicunt oportere lucro præfer-
re concordiam maritalem, in l. reprehenden-
da. C. de instir. & subtit. & c.

Concordia
conugalit
omni lucro
preferenda.

THEODOS. ET VALENTINIAN. IMPP.
in l. consensu, C. de repud.

Nihil

Vxores admodum esse zelotypas.

Nihil est quod adeo exasperet castam rem, quam si inspiciat maritum cum pudicis mulieribus cætum ineuntem.

CONSTANTINVS IMP. IN L. QVAIS. 2. C. ad leg. Jul. de adulter.

Adulterium neq; ex vtriusque coniugis consensu admittendum.

Volentibus non temerè licet foedare nubia.

IUSTINIAN. IMP. IN AVTH. de nupt. §. mitiores coll. 4.

Mulieres zelotypæ.

Mulieres nuptas, vtpotè circa cubile laticatas, & præcipuè castas maximè exorat, si inspiciat maritum luxuriosè viuere cum alijs corrumpi.

Adulterium meretur poenam.

Castitati temporum meorum conserge Iulia de pudicitia damnatam in poenitentis perseverare, inquit, Alexander S. Imp. in l. castitati. C. ad leg. Jul. de adulter.

SECUNDVM MATRIMONIUM ODIOSVM ESSE.

IUSTINIAN. IMP. IN AVTH. DE nupt. §. si autem tutelam coll. 4.

Licet in secundo nubentes plùsto asperior esse videatur Imperator, hanc tamen sententiã in sequentibus limitat, ac mitiorè reddit.

Si autem tutelam gerat mulier filiorum suorum, si rans non ad secundas se venire nuptas inde contemnens, & prius connubium diuini iurandum ad maritum veniat secundum legem. *Et post hæc.* Nos autem miramur mulierum impiam constitutam, vt etiam hoc ipso iurandũ negligeret, & sic ad immaturas nuptas deueniret.

uentiret, tribus maximis neglectis, Deo, & defuncti memoria & charitate filiorum, & illam quidem, quæ ante luctuosum nubit tempus, mulierem sic effusam concupiscentijs, &c.

Mulier secundo nubes tria negligit, Deum, mariti memoriam, & charitatem filiorum.

IDEM IVSTINIAN. IN D. AVTH.

§ Quæ veto nunc.

Anima defuncti mariti ex secundis nuptijs uxoris contristatur &c. Et pauld post. Notissimi enim sceleris est despiciere voluntatem defuncti ita fluctuantē, vt mulieri detur licentia nubendi, & accipiendi quod relictum est, & per omnia contristandi priorem maritum. In odium secundi Matrimonij Iustinianus fecit illam constitutionem in Authenticis. De non eligendo secundo nubentes mulieres, &c. ed speciat etiam tit. C. de secund. nupt. &c.

Animam defuncti mariti ex secundo uxoris matrimonio contristari.

Quia propter secundū matrimonij videtur viro defuncto facere iniuriam. glo. ibi. sup. ver. & defuncti.

IDEM IN AVTH. DE NON ELIG. SECUN. nub. &c. § prospeximus. coll. 1.

Nulla sit licentia matri, alios quidem filiorum eligere, alios autem exhonorare, quoniam omnibus simul secundis nuptijs fecit iniuriam.

Matrimonio secundo liberis sit iniuria.

IDEM IN §. HOC AVTEM. CIR. ca fin. d. Auth.

Contra binubos pœnæ communes & viri sunt, & mulieris, &c.

IDEM IN §. SOLVTO IGL. tur. d. Auth.

Soluto igitur matrimonio foelix quidem & beatum est vtriq; contrahentium perdurare in priori coniugio, & non procreare sobolē sequentibus matrimonijs forsitan contristare.

IDEM

IDEM IN 6. CVM IGITVR
reliquum. Auth. eod. tit.

*P*osteaquam imperator statuisset quid damno-
rito secundo contrahenti circa dotem, ac rursus
mulieri circa donationem propter nuptias sustine-
retur foret: ne videretur nimium exasperare legem
nubos, sic tandem ait.

Nec enim maiores poenas aduersus ma-
res, quæ ad secundas veniunt nuptias, facere
neq; ex hoc eas ad necessitatē ducimus
ram, & nostrorum temporum indignum
meru castarum nuptiarum (licet secundas
ab his quidem abstineant, & descendat
quasdam interdictas permixtiones, & forte
etiam ad seruorum corruptiones, & quæ
non liceat legaliter castè viuere, contra legem
luxurientur. *Et post hæc.* Optimum itaque
inquit, atq; laudabile, & dignum oratione,
mulieres ita se honestè tractent, quatenus
semel ad virum venerunt, seruent inuidiam
morientium thorum, & huiusmodi mulierum
& miramur pariter & laudamus, & nos
cul à virginitate ponimus. Sin autem non
luerit (cum forsitan & iuuenis, nec potest
tra seruores naturæ resistere) non est torquenda
propter hoc: nec interdicendæ sunt ei com-
munes leges, sed ad viri alterius veniat nuptia
honestè, & omni luxuria abstineat.

Matrimonium
secundum ob
fornicationem
concessum.

Vnde Paulus
Apost. Viduas
honora, quæ
verè viduæ
sunt. i. ad Tit.
cap. 5.
Post primum
matrimonium
in viduitate
perseuerantes
non procul
distare à vir-
ginitate.

QVIBVS EX CAVSIS
INTER QVASDAM PERSONAS
prohibeatur Matrimonium.

IVSTINIAN. IMP. IN L. SI QVIS
aluminam. C. de nupt.

Prohibet Imperator matrimonium contrahere cum
filia adoptiva, etiam emancipata, & cum extra-
nea, quam quis de sacra fonte leuauit.

Matrimoniu
quibus cali-
bus sit prohi-
bitum.

Nec enim, inquit, homo sic impius inueni-
tur, vt quam ab initio loco filia habuit, eam
postea in suo colloceat matrimonio. *Post hec.* Ea
videlicet persona omnimodò ad nuptias ve-
nire prohibenda, quam aliquis, siue alumna
sit, siue non, à sacrosancto suscepit baptis-
mate: cum nihil aliud sic inducere potest paternam
affectionem, & iustam nuptiarum prohibitio-
nem, quam huiusmodi nexus, per quem Deo
mediante, animæ eorum copulata sunt.

VALENTINIAN. THEODOS. ET ARCAD.
A. A. A. in l. fratris. C. de incest. & inut. nupt.

Fratris vxorem ducendi, vel duabus sorori-
bus cõiungendi, penitus licentiam summo-
uemus, nec dissoluto quocunq; modo coniu-
gio. Huc addit Salycet. Licet fratris vxor virgo
permanserit.

IVSTINIAN. IMP. IN LIB. 1. INST.
De nupt. §. ergò non omnes.

Prohibet ascendentes cum descendentibus, natura-
li, vel adoptionis vinculo coniunctis, nuptias cele-
brare, etiam si emancipatione soluta sit adoptio. Hinc

Hh est

Adam si viue-
ret, non posset
ducere vxorē.

est illud Accursij: si Adam hodie viveret, non
duceret vxorem, propter lineæ ascendētis ac descen-
dentis prohibitionem infinitam. glo. in d. §. Et in
hac parte plus iusto prolixiores sumus, breuiter scien-
dum est, quotiescunq; matrimonium contra legem
interdicta contractum fuerit, ibi neque nuptiarum,
neque viri, neq; vxoris, neque dotis vllum ius esse
appellationem: ad hæc contrahentes penas variis
currere, vt Imp. ait in §. si aduersus. Inst. eod. tit.
ceteris impedimētis copiose tractatur in Inst. tit.
C. & Auth. tit. de nupt. & C. de incest. & in Inst.
& C. de interditt. matrim. & c.

MATRIMONIUM NON ADMITTERE CON- CUBINATVM.

IUSTINIAN. IMP. IN L. FI. IN FI.
C. commun. de manumiss. & c.

Vxorē simul
& concubinā
habere non li-
cet.

Hominibus vxores habentibus concu-
binas habere, nec antiqua, nec recentia
iura concedunt.

CONSTANTIN. IMP. IN L. VN.
C. de concubin.

Nemini licentia concedatur, constan-
tino matrimonio concubinam penes se habere.

IDEM IMP. IN L. I. C. DE
natural. liber. & c.

Concubinis
non posse do-
nari.
Concubina-
rum veneno

Ut nec ipsis concubinis aliquid relictum
donari, vel ficto titulo vendi, vel concedi
hæc venenis infici animos perditorum, ait, et re-
pugnare.

Maritis nō licet verberare uxores ingenuas.

Diuortij causa in muliere.

condemnatum inuenerit, si sepulchrorum dissolutorem, si sacris aedibus aliquid subtrahentem, si latronem, vel latronum susceptorem, si abactorem, aut plagiarium, vel ad contemptum sui, domus sue suae ipsa inspiciente cum impudicis mulieribus, quod maxime etiam castas asperat, catum ineuntē, si suae vitae veneno, vel gladio, aut alio simili modo insidiantem, si verberibus (quae ingenuis aliena sunt) afflictionem probauerit, tunc repudij auxilio, vti necessario ei permittimus libertatem, & causas dissidij legibus comprobare. Vir quoque, si perire ne claudetur, nec licebit ei sine causis a petitis designatis propriam repudiare iugalem. Nullo modo expellat nisi adulteram, vel venenatam, aut homicidam, aut plagiariam, aut sepulchrorum dissolutricem, aut ex sacris aedibus aliquid subtrahentem, aut latronum tractricem, aut extraneorum virorum se ignorantem, vel nolente conuiuia appetentem: aut inuito, sine iusta & probabili causa fortis accuset pernoctantem: vel circensibus, vel theatralibus ludis, vel arenarum spectaculis in publicis, in quibus haec adsolent celebrari, se probante gaudentem: vel sibi veneno, vel gladio, aut alio simili modo insidiatricem, vel contra nostrum imperium aliquid machinantibus conuisciam, seu falsitatis se crimini immiscentem inuenerit, aut manus audaces sibi probantem opererentem, tunc enim necessario ei discedendum permittimus facultatem, & causas dissidij legibus

obus comprobare. Hæc nisi vir & mulier obseruauerint, vltice prouidentissimæ legis pœna plectentur.

IUSTINIAN. IMP. IN L. FI. §. INTER
culpas, C. de repud & mor. iud. &c.

Inter culpas viri & vxoris, constitutionibus enumeratas, & has adijcimus, si forte vxor sua ope, vel industria abortum fecerit, vel ita luxuriosa est, vt commune lauacrum cum viris libidinis causa habere audeat, vel dùm est in matrimonio, alium maritum sibi fieri conata est: & in his enim casibus locum habere constitutiones sancimus, quæ de culpa tam mariti quam vxoris loquuntur.

IDEM IUSTIN. IN AVTH. DE
nupt. §. mitiores itaque.

Mitiores itaque nuptiarum solutiones, tanquam generali quadam ratione sub bona gratia factis disunctionibus, sciendum est tales esse quodam modo, ceteræ verò causam quarunt inspicere, aut à viro, aut ab vxore factam: vt damnificent temerarium in casu eorū, quæ ab eo data sunt, dotis dicimus, aut propter nuptias donationis. Sed harum causarum antiquiores quidem faciebant plurimos diuersosque tractatus. Theodosius autem iunior alias quidem causas deinde sumens, alias autem & ipse adinueniens, de repudijs scripsit constitutionem: à nobis autem & alia quædam adinuenta sunt causa, quas rectè habere perspeximus ad culpam referri eius, qui succubuerit. Si
Hh 3 igitur

Repetitio cau-
sarum diuor-
tij cum addi-
tione aliarum
quarundam.

Abigei q̄ sint.

Hominib. ad
malitiā multe
sunt viæ.

igitur secundum Theodosij, pia memoria de-
stitutionem, valuerit mulier ostendere ma-
tum aut adulterio delinquentem, aut reum he-
micidij, aut veneficij, aut seditionibus occu-
patum, aut (quod pessimum omnium pecca-
torum est) communicantem delicto (dicimus
autem machinatum aliquid contra ipsam
perium) aut condemnatum falsitatis, aut
pulchra effodientem, aut ex aliqua sacra-
domuum aliquid rapuisse, aut latrocini-
stantem vitam, aut latrocinantes suscipien-
aut vnum eorum, qui appellantur abigei, qui
bus est cura alienis insidiari animalibus
mentis, & ea transponere alibi) aut probet
giarium esse, aut ita luxuriose viuentem, ut
spiciente vxore cum alijs corruptatur (quod
maximè mulieres nuptas, utpotè circa
stimulatas exasperat, & præcipuè castas
si insidias se passam à viro probet circa
salutem, aut venenis, aut gladio, aut per
aliquem talem modum (multæ namq̄ ho-
nibus ad malitiã viæ sunt) aut etiam si
lis super ea vtatur. Si igitur mulier tale
ostendere potuerit, licentiam ei dat lex
dio vt. & nuptijs abstinere &c. Et rursus
tiam dat viro mulierem abijcere, si adulteram
inueniat, aut veneficam, aut delinquentem
micidium, aut plagiarum, aut sepulchrorum
violatricem, aut sacrilegam existentem, aut
fauentem larronibus, aut viro nesciente, et
etiam prohibente gaudentem coniuijs alia-

tum nihil sibi competentium: vel etiam inuito viro citra rationabilem causam foris pernoctantem, aut extra eius voluntatem Circensibus congaudentem, & spectaculis inharentem, aut theatri aduenientem (dicimus autem, vbi scena & talia sunt, aut etiam vbi bestiis aduersus homines pugna est) aut insidias sibi facientem ex venenis, aut gladio, aut alio factas modo, ex quibus circa vitam periculum est, aut etiam consciam tyrannidem meditantibus, aut falsitatis ream constitutam, aut audaces eius manus inferentem sibi: scilicet tali aliquo facto dat lex hæc viro abijcere mulierem, si vel vnâ horum & solam probauerit causam. &c. Item. §. Has itaque causas. Idem Iust. ait. Has itaque causas nobis Theodosius explanauit nos autem ex veteribus sumentes, & alias adiecimus tres. Si enim mulier tanta teneatur nequitia, vt etiam ex studio abortum faciat, virumque contristet, & priuet spe filiorum: vel tanta libido est, vt etiam cum viris voluptatis occasione lauetur: aut etiam dum adhuc constat matrimonium cum viro, ad alios denuptijs suis loquatur, licentia datur à nobis viris mittere eis repudia &c. vtpote etiã his causis rationabiliter soluere valentibus matrimonij, & sub eundem deferentibus ordinem, sub quem & pœnas Theodosij, diuina memorix, definiuit constitutio. De his etiã idem Iust. in §. causas autem pro quib. Auth. Vt lic. matr. & auia &c.

Hh 4 IDEM

Matrimonij
terminus
mors est.

Matrimoniorum terminum, quæ omnia
milititer soluit, expectat mors. Mors autem
dicitur matrimonium solvere contra volun-
tatem morientis arg. l. si cum ante. C. de dona-
ant. nupt.

Matrimonij
hodie nõ dis-
soluitur mu-
tuo consensu,
ve olim, nisi
religionis, vel
castitatis cau-
sa fiat.

*Olim poterat matrimonium dissolui mutuo
sensu uxoris, & mariti. l. si constante. C. de re-
Quod hodie non licet, nisi religionis & castitatis
causa fiat, iux. Auth. quod hodie. C. eod. tit.*

IDEM IVST. IN AVTH. VT LIC. MATR.
& auz. &c. §. quia verò ex consensu.

Pœna soluti
matrimonij
sine iusta cau-
sa.

Dicit nuptias regulariter non solui ex
sensu, nisi castitatis desiderio &c. altero
rem vel utroque alias nuptias postea contra-
hente, vel aliter luxuriosè viuente, delinquentis
substantiã ad liberos peruenire debere. In
Matrimonio autem sine causa diuortio
consensu soluto, delinquentes in Monasterium
mittendi sunt, pœna legitima eis immittenda
aut etiam eorum ministris: reconciliato
tem matrimonio consensu vtriusque, pœna
quam in monasterium mittantur, pœna remittitur,
sed altero recusante, ille solus pœna legiti-
ma punitur. §. quia verò. Auth. Vt nulli iuris
lic. &c. coll. 9.

SEQVVA

DE QUANTITATE COMMUNIA DE MATRIMONIO.

THEODOS. ET VALENTIN. IMPP. IN l. Hac lege. C. de pact. conuent. &c.

Bonum est mulierem, quæ se ipsam marito committit, res etiam eiusdem pari arbitrio gubernari.

Vxor & se & sua commendet marito,

JUSTIN. IN AVTH. DE TRIEN. ET semiss. §. sed neque.

Dotem celebrant nuptiæ, nuptias autem dotem non faciunt, sed cõiunctorum affectus.

Matrim. facit affectio non dot.

Maritus debet author esse vxori colendi bonos mores, notant dd. in l. si lenones. C. de episcopali audient. &c.

Maritus vxori bono exemplo sit.

Pater non potest filiam cogere; vt ducat hæreticum in maritum. Leo & Anthem. Impp. in l. si legibus. iuncta glo. C. de episc. aud.

Hæretico nubere filia non cogitur,

Et marito & vxori par reuerentia debetur. arg. l. 1. C. de in ius vocan. Honor enim, seu iniuria data, vel marito, vel vxori, idem esse censetur, per glo. in d. l. 1.

Coniugis vtriusq; par sit reuerentia.

Matrimonium contrahere nemo cogi potest: & libera facultas contrahendi ad necessitatem transferri nõ oportet, est tex. in l. neq; 2. C. de nupt.

Matrimonia debent esse libera.

Conditio nuptiarum impletur per actum et rem ipsam, non per habitum & potentiam, l. sancimus. C. eod. tit.

Matrimoniũ consumatur actu non habitu.

Matrimonia debent esse libera à metu peccatorum, l. 2. C. de inutil. stipulat.

Matrimoniũ pœnæ metu sit liberum.

H 5

Neque

Matrimonium non violandum.

Neque matrimonium, neque spem matrimonij violare permittitur. l. propter violantem iuncta glo. C. ad leg. Iul. de adult.

Matrimonium non licet sub falsis querelis deformare. l. quamuis. C. eod. tit.

Coniunx non feret alterius penam.

Ob maritorum culpam uxores iniquas leges vetant. l. 2. C. ne vxor pro marito &c.

Coniuges quamuis sortem aequanimiter ferre debent.

Humanum est fortuitis casibus mutari matrimonium, vel uxorem viri participem esse. r. i. c. in l. si cum dotem. § si maritus. ff. solut. ma.

DE SACRAMENTUM ORDINIS.

Ordinem graduum Ecclesiasticorum quod hodie in Ecclesia Catholica durat, sed a hereticis respuitur, non esse recens institutum, verum antiquissimum, ea docent, quae sequuntur.

IVSTIN. IMP. IN AVTH. PRESBYTERORUM. C. de Episc. & cleric. &c.

Ordo Ecclesiasticus quisquam requirat in ordinando aetatem.

Presbyterum minorem triginta quinque annis fieri non permittimus: sed neque diaconum vel subdiaconum minorem viginti annis, neque Lectorem minorem annis octo & octo: Item Episcopum minorem quinque annis ordinari prohibemus.

IDEM IN AVTH. DIACONISSAM. C. eod. tit.

Sic etiam decretum erat ante in Concilio Chalcedonen. c. p. 15.

Item neque Diaconissam in sancta Ecclesia ordinari praecipimus, quae minor sit annis quadraginta.

VALE